

Fragments de Chartes du Xe Siècle Provenant de Saint-Julien de Tours Recueillis sur les Registres d'État-Civil d'Indre-et-Loire, Nr. 15

XP. Igitur ego, in Dei nomine, Adalsindis et filius meus Isembertus, et frater suus Rainaldus, constat nos insimul vendere et ita vendimus, tradere et ita tradimus, ad alicos homines, Ingenaltdo abbato et Bernardo preposito, sive omnium gongregacio monachorum, hoc est alodum unum do terra arabile qui resedit in pago Turonico, in vicaria Kainonensi, in villa que dicitur Adalson, hoc est in totum, plus minus, vetic. II; et habet lateraciones ex duobus lateribus terra Sancti Juliani, tercia latere, terra Sancti Mauricii, quarta latere, terra Rainaudo, ex suo beneficio. Ipsa terra superius dicta a die presensente vobis vendimus adque transfundimus et de juro nostro in vobis tradimus potestate et dominacione. Unde accepimus de vobis precium in co nobis bene complacuit atque convenit, hoc est in argento, sol. XIII et dnr. tantum. Ita ut ab hac die, quicquid de ipsa re superius dicta facere volueritis, liberam et firmissimam in omnibus habeatis potestatem faciendi, neminem contradicentem. Si quis vero, nos ipsi aut ullus ex heredibus, vel de propinquis, seu quislibet intromissa persona, qui contra hanc vendicionom venire aut inquietare presumpserit, sol. L multa cumponat, et quod repetit non vindicet, sed presens vendicio ista omnique tempore firma et stabilis valeat perdurare, com stipulatione subnixa.

Signum Adalsindis. Signum Isemberto. Signum Rainaldo. Isti sunt qui fieri vel adfirmare rogaverunt.

Signum Bernardo levita. Signum Andraldi. Signum Arierii sacerdoti.

Signum Berengarii. Signum Hermengerii. Signum Dominel.

Data in mense decembrio, anno XV regnante Hludovico rege.